



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Ejusdem Theodori ex alio quopiam libro adversus Dominum Jesum
Christum, & ejus incarnationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

status Adæ participes facti; necessario etiam secundi Adæ Christi Domini secundum carnem, futuri status participium consequimur; utpote qui ex hac eadem natura constet exortus, & cuncta, quæ fuerant naturæ, suscepit: & ideo sustinuerit mortem, ut mortem naturæ suscipiens, & a mortuis resurgens, naturam liberam a morte perficeret.

IX. Et mortem quidem propterea suscepit,

peccatum vero nequaquam; sed ab hoc immunis permanit omnino: quod enim erat naturæ, id est, mortem, indubitanter assumpsit; peccatum vero, quod non erat naturæ, sed voluntatis, nullo pacto suscepit. Quod si fuisset in natura peccatum, juxta sapientissimi hujus eloquium, peccatum, in natura profus existens, necessario suscepisset.

Ejusdem Theodori de codice secundo ex libro tertio, folio decimo octavo.

EXCERPTUM TERTIUM.

I. * B. vere sciebat

SI, inquit, peccatum Deus* nesciebat Adam, sit horum sapientissimorum & ista responsio, quod hoc insanissimum est, vel in cogitatione percipere; manifestum est, quod & peccatum eum noverat, & propter hoc procul dubio moriturum. Quomodo ergo non est extremæ dementia credere, quod primitus eum immortalem in sex horas fecerit; (nam tantæ fuerunt a conditione ejus usque ad com-

missionem, quandoquidem sexto die factus e terra, & comedens contra divinum mandatum de paradiso pulsus est) mortalem vero post peccatum monstraverit.

Certum est enim, quod si eum immortalem voluisset, nec intercedens peccatum Dei sententiam commutasset, quia nec diabolus fecit ex immortalis mortalem, & quidem cunctorum malorum existentem principium.

II.

Ejusdem Theodori de secundo codice ex libro tertio, folio vigesimo quinto.

EXCERPTUM QUARTUM.

I.

NON enim, inquit, his, qui ab Adam, usque ad adventum Christi Domini in tantis fuerunt impietatibus & iniquitatibus, quantas beatus Paulus propriis verbis expressit, ut in superioribus ex ejus declaratum vocibus, tanquam magnum quiddam resurrectionis collaturus est præmium, si eos supplicii quibusdam sine fine & sine correctione tradiderit. Nam ubi jam loco muneris resurrectio putabitur, si pœna sine correctione resurgentibus inferatur?

ET POST PAULULUM.

QUI s, inquit, ita demens, ut tantum bonum credat materiam fieri resurgentibus infiniti supplicii? Quibus vtilius erat omnino non surgere, quam tantorum & talium malorum, post resurrectionem, sub infinitis pœnis experientiam sustinere.

II.

Ejusdem Theodori ex alio quopiam libro adversus Dominum JESUM CHRISTUM, & ejus incarnationem.

I.

NEC enim, inquit, si duas dicimus in Christo naturas, necessario fiet, ut duos filios, aut duos dominos asseramus: quia hoc arbitrari extremæ probatur dementia. Omnia enim quæcumque secundum aliquid duo sunt, & secundum aliquid, vnum, non interimunt per unitatem utriusque divisionem: *Ego enim &*

Pater vnum sumus. Sed non quia vnum, neganda est utriusque proprietas. Et alibi de viro & vxore pronuntians ait: *tam non sunt duo, sed vna caro.* Sed non quia vna caro vir & vxor, jam non sunt duo: manent enim duo, juxta quod duo sunt; & vnum, juxta quod vnum. Secundum hunc modum, & hic duo sunt natura, sed vnum

Matth. 19. v. 6.

Kk ij

Joan. 10. v. 30.

* leg. natura-
rum

conjunctione; duo natura, quia * multorum
diversitas, sed vnum conjunctione, quia
indivisam venerationem, quod susceptum
est, cum suscipiente sortitur, velut tem-
plum ejus individuum perseverans.

Ex innumeris
Theodori
operibus etia
tantum a
Mercatore de-
fluantur.

INFINITA prope scripsit Theodorus, vt ex
Facundo, Leontio, aliisque veteribus, & ipso
etiam Theodoro discimus: ex tribus tamen
operibus excepit Mercator, quæ nunc
exhibet, ex libris nimirum, qui adversus Au-
gustinum libro ad baptizatos, & libris, qui de
Incarnatione inscribuntur.

De tertio
nunc præfer-
tum agitur.

De priori opere, quia pertinet ad rem Pela-
ginam, dictum est ad primam partem operum
Mercatoris: rursus tamen hic edendum visum
est, vt series verborum Mercatoris apertius
constaret. De secundo nihil admodum scitur; de
postremo nunc agendum.

Quod inferi-
pium fuit de
Incarnatione.

ADVERSUS DOMINUM JESUM CHRIS-
TUM, ET EJUS INCARNATIONEM,
&c.] Libros istos postremos inscripsit Theodor-
us *de his quæ in Moxipædis*; sed quia in his
veræ Incarnationis ratio non exponitur, sed
evertitur, maluit Mercator adversus Dominum
& ejus incarnationem scribere.

Constabatque
libris 5. &
quindecim
millibus ver-
sum.

Fuit vero opus illud spissum ac grande, vt
quod quindecim libris quindecim millia ver-
sum complecteretur. De numero librorum tes-
tis est Facundus: de versibus Theodorus ipse
in præfatione operis *de Apollinario & ejus hæ-
resis*, vbi totam hujuscæ elucubrationis historiam
refert, queriturque ab adversariis corruptam
esse, insortis, quæ de duobus filiis invidiam fa-
cerent. Ante xx. inquit, jam hos annos de
incarnatione Domini, codicem conscripsimus, vs-
que ad quindecim millia versuum peringentem,
in quo Arii & Eunomii de hac re delicta, nec-
non etiam Apollinarii vanam præsumptionem,
per totum illud opus examinavimus: vt nihil,
sicut mea fert opinio, præterirem ex his, quæ &
ad firmitatem Ecclesiastica oribodoxia pertine-
rent, & ad convincendam eorum impietatem. Sed
hi, qui omnia facillime præsumunt, & præterea
rursus ab Apollinario, qui princeps hujus hære-
sis fuerat, instituti, omnibus opus nostrum ma-
nifestum fecerunt, si quomodo aliqua invenirent
volentia, ad convincendum ea, quæ in eo sunt
scripta. Quoniam vero nullus contra certamen
scriptis suscipere præsumebat, imitati sunt infir-
mos athletes & callidos, qui dum non possunt
contra fortiores certare, insidiis eos & machi-
nantibus, quibus possunt, conantur evertere.

Apud Facun-
dum lib. 10.
cap. 1.

Scripsit enim ipsi inter se procul dubio que-
dam inepta, quæ a nobis nunquam minime dice-
rentur. Denique hæc ipsa in medio nostrorum
scriptorum in quadam parte interposuerunt, &
subi familiaribus demonstraverunt, aliquando
autem & nostris, qui per facilitatem suam om-
nia promissis animis audiebant. Et hæc quasi
documentum, sicut putabant, nostre impie-
tatis, videntibus præbebant; vnum autem ex
his scriptis erat, duos filios dicere. Necessè erat
ergo non solum inepta, sed etiam infirma
illa scripta audientibus apparere: quoniam ne-
que firma ratione, neque conveniens hoc, possibi-
le erat ostendi; & ab illis idcirco infirmis erat
conscriptum, quatenus ille qui scripserat, faci-
lius inde convinci possisset. Vnus ergo ex nostris,
propter multam facilitatem, hæc nostra esse credi-
dit scripta, & hujus rei gratia dignus fide ab

illis creditus est, qui ista perligeret, & rehuniavit
nobis ea quæ fuerant scripta. Cum ergo audisse-
mus, culpavimus quidem illum, quod contra
nos dictis sermonibus credidisset de his rebus,
quas sepius & in Ecclesia & privatim dicentes
nos audivimus, cum fideiorem scriptis nostram vo-
cem judicare debuerit, ad documentum nostræ sen-
tentia, quam in dogmatibus votum nostrum est
conservare.

Atque inde intelligitur, quod Gennadius tra-
didit de Theodoro Antiochenæ Ecclesiæ presby-
tero, qui scripsit adversus Apollinarias, &
Eunomianos de incarnatione Domini librorum quin-
decim, ad quindecim millia versuum continentes,
in quibus ratione purissima, & testimoniis Scri-
pturarum ostendit, Dominum Jesum, sicut ple-
nitudinem deitatis, ita plenitudinem humani-
tatis habuisse. Docet & hominem duabus tantum
substantiis constare, id est, anima & corpore;
sensumque & spiritum, non alteram substantiam,
sed officia esse anima ingenita, quibus spirat & qui-
bus rationalis est, quibus sensibile facit corpus.
Quartum decimum autem hujus operis librum
proprie de increata & sola incorporea, domina-
que omnium sanctæ Trinitatis natura, & de crea-
turarum ratione differens, pio sensu, cum au-
toritate sanctarum scripturarum, explicuit. Quo-
to decimo vero volumine totum operis sui corpus,
citatis etiam Patrum traditionibus, confirmavit
& communiavit.

Illustratus
Gennadius
Lib. de script.
eccles., cap. 12.

Neque enim potuit de alio sive opere, sive
auctore loqui, quam de quo Theodorus, cum
characteres operis, quos refert, mirifice con-
gruant cum illis, quos Facundus, quosque Theo-
dorus ipse exprimit.

Verum ergo non est quod, nonnulli aiunt
apud Moxipædis, id operis tribuendum esse
Theodoro Raithueni: vixit enim Raithuen-
sis temporibus Maximi martyris, id est, septi-
mo, sæculo Gennadius quinto sub finem, atque
ita interviumque anni fere 168. interfuxerunt.

Notari qui-
dam apud Mi-
ximum inven-
tes id operis
Theodoro
Raithueni.

Neque etiam verum, quod eruditus quibus-
dam videtur, Theodorum Mopuestenem Epi-
scopum a Theodoro Antiochenæ Ecclesiæ pre-
sbytero, cujus Gennadius Photiusque memi-
nerunt, esse diversum. Certum enim est a
Mopuesteno conscriptos esse libros, quos An-
tiocheno tribuunt Gennadius & Photius. Cur
ergo, inquit, vocatur Antiochenæ Ecclesiæ
presbyter? More consueto hujus temporis, quo
inscribatur libris gradus auctorum, in quo pos-
siti libros conscripserant.

Quique Theo-
dorum Gen-
nadii a Mo-
puesteno di-
versum fa-
ciunt.

Ex his autem observatis colligo primum,
scripsisse Theodorum libros de Incarnatione,
non solum priusquam fieret Episcopus, atque
adco ante annum 394. quo primum sedere ce-
pit, scripsit enim presbyter, & 36. annos sedit;
sed etiam ante annum 390. siquidem hunc
codicem composuisse se testatur triginta annis,
antequam de Apollinario & ejus hæresi scri-
beret, quod opus elucubravit aliquot annis
ante obitum, obiit vero ann. 428. vt tradit
Theodoretus.

Scriptis Ma-
puestenus li-
bros de In-
carnatione
ante annum

Colligo deinde, emendandum esse Hesy-
chium presbyterum Hierosolymorum in histo-
ria ecclesiastica, cujus fragmentum profertur in
V. synodo, ait enim: Senectute jam cana debi-
litatus, pietatis scintilla, si qua forte in eo fuis-
set, inveterata, libros componere adversus Do-
mini Dei apparitionem præsumpsit, quorum
multitudinem prætermittentes, (nec enim fas est
impios revolvere sermones) unius in præsentem

Emendatus
Hesychii Hier-
osolymitani
locus.
Callat. V.

moriam faciamus. Agit vero de hoc ipso opere, siquidem Theodori quiddam refert in sermonibus mysticis: at sermones mystici procul dubio a codice de Incarnatione non differunt, cum Facundus ex libro 13. mystico referat, quod in lib. de Incarnatione fuit, de Paulo Samofateno.

Lib. 3. cap. 2.

Te libro Theodoti ad baptizatos. Lib. 9. cap. 3.

Quid erroris Theodoro Mercator obijciat.

II.

OMNIA ENIM QUACUMQUE, duo dicuntur, tunc duorum continent usum, quando alterum alteri indifferens creditur, juxta quod duorum vocabulum connumerationemque sortitur: verbi gratia, quatuor bestias divina scriptura commemorat, vrsum, pardum, leonem, & aliam, quæ has immanitate præcellat, & ideo sunt quatuor, quod vnaquæque bestia nihil minus juxta substantiam reliquis bestiis comprobatur existere: Duorum, inquit, hominum testimonium verum est, quia hoc vterque natura, quod alter est. Sic & illud: Nemo potest duobus dominis servire, quia præbentis servitium tanquam domino, nihil minus vterque est dominus; ita & hic, si vterque secundum substantiam esset filius & dominus, possent aliquo modo duo filii & domini nuncupari, secundum numerum personarum. Quoniam vero hic quidem secundum substantiam filius existit & dominus, hic autem secundum essentiam nec filius, nec dominus approbatur; conjunctione vero, quæ illi facta cum illo est, iisdem participasse cognoscitur: idcirco vnum filium & dominum dicimus. Principaliter quidem intelligentes eum filium & dominum, qui secundum substantiam vtrumque vere esse creditur & probatur; complectentes autem cogitatione & illum, qui inseparabiliter ei conjungitur, & per ineffabilem cum eo copulam & filii domini participes æstimatur.

Itaque sicubi filium hunc, qui sumptus est, divina scriptura commemorat, rela-

tionem suscipientis, juxta vnitatem, dicimus eum filium nuncupari; cum enim dicit: De filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem; nondum Verbum dicit, sed formam servi susceptam: non enim Deus est secundum carnem, nec Deus ex semine David factus est, quem filium beatus Paulus evidenter appellat. Intelligimus autem eum filium, non quod per se dicitur filius, sed quod illa conjunctione, quam habet cum eo, qui vere est filius, taliter nuncupetur.

Rom. 1. v. 3.

OMNIA ENIM QUACUMQUE, &c.] Callidius nihil ad dialecticam dici potuit. Tradunt enim artis illius magistri, non coalescere in numerum, nisi quæ sunt ejusdem denominationis; nec ejusdem esse denominationis, nisi quæ eodem modo eandem formam habeant, quam Aristoteles vocat *σύνθεσις* & *μετάθεσις*. Quo ex principio Theodorus infert: ergo licet Verbum & homo non vniantur, sed *σύνθεσις* tantum; duo tamen filii, duoque domini dici non possunt; quoniam etsi filietatis ac denominationis formam eandem habeant, non tamen eodem modo habet, Verbum siquidem natura, homo sola conjunctione: vnde audita voce Filii Dei, omniumque domini, Verbum per se & *σύνθεσις* atque simpliciter intelligitur, homo *σύνθεσις* atque *μετάθεσις*.

Dialectica Theodoti veritas.

CUM ENIM DICIT DE FILIO, &c.] In v. synodo hæc *σύνθεσις* dicitur excerpta ex libro Theodoti ad baptizandos, Facundus scribit ad baptizatos, Facundo facit ipsamet v. synodus; nam 36. excerpto dicitur: *Renatus alter factus est, non jam pars Adam mutabilis, &c.* quæ verba præteriti sunt temporis, non futuri. Cum autem ejusmodi fragmentum serie continua sermonis connexum sit, cum primo, quod Facundus ex eodem libro excerptit, intermedia quæcumque sunt, ad librum ad baptizatos pertinere, apertum est.

Emendatos locos synodi v. Cellar. num. 15. Lib. 9. cap. 3.

Vide quam sententiam ferat Vigilius papa in consuetudo num. 35. de Theodoti fragmento.

Censura Vigili papæ in hanc Theodoti sententiam.

Miserus est creator perditæ creaturæ, & sine commixtione format infantem, perducit ad ætatem vitilem, incrementorum quidem processu naturæ similitudinem, pro modo credulitatis insinuans; occulte vero eidem copulatus existens, non aberat cum formaretur, non dividebatur cum nasceretur, loquenti conjunctus est præfens, in ejus actibus perseverans, atque ibi suam connexionem sine peccato custodiens.

III.

Istud quoque fragmentum ad librum ad baptizatos pertinere, ex eo conficio, quod post extrema ejusmodi verba, atque ibi suam connexionem sine peccato custodiens, procul dubio sequantur ista, *ut multam quidem ejus faceret diligentiam, &c.* quæ in v. synodo excerpta dicuntur ex eodem atque præcedentia libro, id est, ex libro ad baptizatos. Unde ea adinagenda putavimus: *Ut multam quidem ejus faceret diligentiam; omnia autem illius propria faceret & toleraret, per omnes eo ducto passiones, per quas*

Locus v. synodi illustratus.

Excerpt. 37.

Kk ij

erl. geret, & rebus...
ia. Cum ergo...
illum, quod...
didisset de...
& privatis...
m scriptis...
documentum...
us votum...
quod Gennadius...
tenæ Ecclesiæ...
Apollinarius...
e Domini libri...
versuum continet...
& testimonio...
Iesum, sicut...
entis dicitur...
inem duabus...
anima & corpore...
alteram substantiam...
quibus spiritus...
visibile facit...
us operis librum...
corporeas, divinas...
natura, & divinas...
sensu, cum...
, explicat...
o operis sui...
ibus, comparat...
sive opere, sive...
Theodorus, cum...
it, mirifice...
s, quosque Theo...
nonnulli autem...
tributum esse...
enim Raitheo...
tis, id est, septem...
ib finem, atque...
interfluere...
ruditis quibus...
suscipiens Ep...
Ecclesiæ pre...
tutiusque mens...
m enim est...
ros, quos An...
& Phorius, Cur...
tenæ Ecclesiæ...
temporis, quo...
um, in quo po...
ligo primum, scriptis...
Incarnatione, sicut...
copus, atque...
m sedere...
i, annos sedet; 36...
videm hunc...
riginta annis...
hæresi scri...
liquoque annis...
18. ut tradit...
esse Heli...
um in histo...
profetur in...
v cana debet...
re in eo suis...
deversus Do...
t, quorum...
enim sui est...
præfens...

eum secundum suam virtutem perfectum fecit, nec a mortuis secundum suam naturam legem recedens, sed sua presentia, & operatione, & gratia liberans quidem eum de morte, & malis que inde sunt; resuscitans autem de mortuis & ad meliorem finem perducens.

IV. Inc. 2. v. 32.

JESUS, inquit, proficiebat aetate & sapientia. Hoc autem de Verbo Deo non potest dici, quia Deus perfectus natus est de Deo perfectio, sapientia de sapientia, virtus de virtute: ipse igitur non proficit, nec enim imperfectus est, ut ad perfectionem incrementis indigeat. *Non enim ei mox formato vel edito omnem propriam sapientiam deitas contulit; sed hanc particulatim corpori tribuebat.

* Videtur deesse hac verba aut similia: Proficiebat JESUS, vel proficiebat homo; non enim ei, &c.

Refellit popularis accusatio Theodori de homine prius formato, quam assumpto a Deo. Lib. 3. cap. 1.

AFFINIS est locus, quem ex libro 13. de Incarnatione Facundus refert. Bonum est in hoc loco maxime concludere, quid virtutis habeant ea que dicta sunt, sive conversari, sive baptizari, sive crucifigi, sive & mori, sive & sepeliri, & resurgere. Non puro alicui hac coaptantes homini dicimus. Hoc enim in unaquaque dictorum demonstratione addere non moramur, ut nullam calumniantibus praebeamus male loquendi occasionem; sed inhabitato quidem a Deo Verbo, ab ipsa in utero matris p[er]sultatione inhabitato vero, non secundum communem inhabitationem, neque juxta eam, que in multis intelligitur gratiam; sed juxta quandam excellentem, secundam quam etiam adunari dicimus utriusque naturas, & unam, juxta adunationem, effectam esse personam.

Lib. 3. contra Eutychianos, &c.

Affinem alium adducit Leontius ex libro septimo de Incarnatione: Habuit statim a principio, cum in utero formaretur, unionem cum ipso. Et paulo post: Habuit etiam propensionem non vulgarem ad meliora ex unione cum Verbo, qua habitus est dignus, ex praecognitione Filii Dei, qui a principio sibi eum univit. Et postea: Manifestum est, quod tanto perfectius & majore facilitate virtutem exequatur, quam reliqui homines exequi poterant, quanto Deus, qui in principio ipso formationis ejus, eum sibi unierat, majorem cooperationem ipsi praebebat.

Noratus liber inscriptus nomine Justiniani imperatoris.

Apud Facundum lib. 3. cap. 2.

Quibus ex locis, sive quem Mercator in textu, sive quem Leontius, sive quem Facundus adduxit, apertum est deceptos fuisse, qui nomine Justiniani imperatoris libellum, a Facundo confutatum, composuerunt, in eoque scriptum: Oportet enim inspicere animo, quia dicens Apostolus, qui personam Verbi significavit in Dei esse forma, quod est in essentia Patris; non dixit; quia qui erat in forma servi, accepit, ut non praesistenti homini demonstraret Verbum unicum secundum Theodori & Nestorii insiniam.

Origo popularis opinio.

Manifestum quoque, popularem super ea re, de Theodori atque Nestorii sententia, opinionem ortam esse, vel ex vocibus quibusdam utriusque non recte intellectis, vel, quod magis opinor, ex praedicio, quod uterque Samosateno hac etiam in parte erroris confesserit, quia in praecipua, de Christo puro homine, re ipsa ambo conveniebant.

Abutebatur Theodorus voce & c.

JESUS, INQUIT, PROFICIEBAT, &c.] Hoc ego fragmentum, quemadmodum & consequens, desumptum conjicio ex libro x. de Incarnatione, ubi multus est Theodorus in congerendis Scripturae testimoniis, quibus probet,

ponendam esse distinctionem, non tantum naturarum in Christo, sed etiam personarum, seu potius, hypostaseon: abutebatur enim saepe personae seu personae nomine, quod olim apud Graecos, imo & Latinos, ad mores potius, quam ad res, ut aiunt, physicas, pertinebat. Ea de causa personam unam in Christo fatebatur libens, cum duas tamen hypostases re ipsa doceret, ut aperte constat ex hoc fragmento, quod & apud Leontium libro saepius citato, & in v. synodo colatione. Manifestum autem est, quod unitas convenit, per eam enim collecta natura unam personam secundum unitatem effecerunt. Sicut enim de viro & muliere dicitur, quod iam non sunt duo, sed una caro, dicimus & nos rationabiliter, secundum unitatis rationem, quoniam non sunt dua persona, sed una, scilicet naturae distinctis: sicut enim ibi non nocet numero, duarum unam dici carnem, certum est enim secundum quod una dicitur; ita & hic non nocet naturarum differentia personae unitas: quando etenim naturas discernimus, perfectam naturam Dei Verbi dicimus, & perfectam personam; nec enim sine persona est subsistentiam dicere perfectam, perfectam autem & hominis naturam & personam similiter. Quando autem ad conjunctionem respicimus, unam personam tunc dicimus. Vide etiam consequens fragmentum apud Leontium, in quo eadem impietas eadem fraude repetitur.

Porro autem Theodorum in libro 10. de Incarnatione id agere, quod diximus, constat ex fragmentis, tum a Leontio, tum in v. synodo, tum etiam a Facundo allatis.

Quid tractat in lib. x. de Incarnatione.

DICITE, inquit, eis: Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris tanquam me. Ex fratribus non est Deus Verbum: propheta namque est, qui gratiam spiritus accipit, & futura praedicit, ministrans spiritui, ad praenuntianda ea, quae ventura sunt. Deus igitur Verbum, cui ministerium praebuit, aut ejus propheta monstratus est? Vides ergo quia divina scriptura caute pronuntiat.

V. Dem. 12. v. 35.

Precor, inquit, attendite. Dicunt ad nos: Ut quid separatis ergo? Vos respondete, qui non separatis. Nunquid Deus Verbum in novissimis est temporibus? Quid aiunt? Putafne, hoc dicunt? Nequaquam, sed ante saecula est. Et si ante saecula est, quod est ex semine David, multo magis ipse David, ex quo est semen; sed non est David ante saecula, nam multis hominibus probatur esse posterior, & post viginti octo generationes a David, id quod est ex semine David. Si autem ante saecula est, quod in vulva formatum est, non est ex semine David, & divina scriptura mentitur.

VII.

Suspicio id sumptum ex libro 15. de Incarnatione, quo concluditur totum opus, ut ait Facundus: & ita quidem, ut quod scripsit Gennadius, citatis Patrum traditionibus communiatur & corroboretur, imo, ut colligitur ex aliis fragmentis, interrogationibus qui-

buisdam fieri solitis responsio afferatur.

Id ego colligo ex fragmento, quod in v. synodo reperitur, appellato opere sine numero libri; sed apud Leontium hanc habet inscriptionem, *Ejusdem ex lib. 15.* Sic autem se habet: *Nemo artificio interrogationum decipiatur, flagitiosam enim est deponere quidem tantam testimonium habere, secundum quod Apostolus dixit, astutus autem interrogationibus deceptus adversariorum parti conjungi. Qua vero sum, que cum arte interrogant? Hominis genitrix Maria, an Dei genitrix? Et qui crucifixus est, utrum Deus an homo? Sed istorum quidem certa est absolutio, &c.*

VII.

HOMO vngitur **JESUS** Dominus noster, Verbum non vngitur: Verbum namque majus est Christo, quia Christus per sapientiam magnus effectus est. Verbum enim de fufum est, **JESUS** autem Christus homo hinc est: Maria non peperit Verbum, nec enim Maria erat Deus; sed hominem nobis similem genuit, meliorem vero per omnia, quia de Spiritu sancto.

Cujus sit hoc fragmentum, apud Leontium, Theodori, an Diodori.

HUJUS quidem fragmenti partem, quæ ad Virginem pertinet, Eusebius exhibet in obfervatione, sed totum Leontius representat, verum uterque ex Paulo Samofateno: quomodo igitur ipsum Mercator Theodoro tribuit? An forte Theodorus e Samofateno descripsit? Nam soleme videtur hujusce factionis hominibus, alios ab aliis, quæ dicerent, mutuari.

VIII.

AD diligens cautumque dogmatum vos examen evchimus: laboramus propter vos, ne rationem Domino reddamus pro nostro silentio. Perfectus ante sæcula filius perfectum eum, qui ex David probatur, assumptus, Filius Dei filium David. Dices ergo mihi: Duos filios prædicas. Non dico duos filios David, nunquid Deum Verbum filium David asserui? Sed nec duos Filios Dei secundum substantiam dico: numquid enim duos filios assero de Dei substantia genitos ante sæcula? Dico autem Dei Verbum habitasse in eo, quod ex David semine comprobatur.

Cujus item istud.

Hoc fragmentum a Leontio tribuitur Diodoro Tarfensi, diciturque excerptum ex libro 1. contra Synusistas, ex cujus Græco textu ita vertit Franciscus Turrianus: *Horror vos, ut munus sitis & firmi ad diligentem cognitionem dogmatum. Perfectus ante sæcula Filius perfectum, quod ex David assumpsit, Filius Dei, filius David. Dices mihi: Duos igitur filios prædicas. Duos filios David non dico: non enim dixi, Deum Verbum filium David. Sed neque duos filios Dei secundum substantiam dico: nec enim dico duos ex substantia Dei, cum dico, Deum Verbum ante sæcula, habitasse in genito ex semine David.*

Illustratus locus v. synodi.

Animadvertite ea, quæ in v. synodo collatione s. primo & secundo loco profertur, ex libris Cyrilli adversus Theodorum, a Leontio adjudicari Diodoro; & vero opus hoc Cyrillus ad-

versus utrumque composuit, ut constat ex Facundo.

Mirate vero stropham hominis abutentis, & sua ingenii subtilitate, & lectorum patientia: hinc etiam perpende, qua ratione vnum Filium fateretur Theodori magister Diodorus, ipseque Theodorus, cum suis posteris.

Attende similiter, quam Verbi cum Christo conjunctionem admitteret Diodorus, qualis nempe est Verbi cum Prophetis, per *iniquis*; triplici tamen discrimine, quod perpetua foret cum Christo, quod ad majora officia obcunda, quod majoris five honoris communicatione, five virtutis affluentia. Satagat nunc Facundus, ut hominis tam improbe cauti, impieque subtilis discipulum, eumque magistri apprime sequacem, defendat.

Lib. 3. c. 3. & alibi. Qua ratione Nestoriani vnum Filium Dei dicerent. Quam Diodorus vnum Verbum in Christo agnosceret.

Perfrictus Facundus.

IX.

NON sic, inquit, in eo, quod est ex semine David sicut in Prophetis, habitavit Deus Verbum. Illi enim particulari quadam & modica quantitate sancti Spiritus gratia fruebantur; hic autem in his, in quibus interdum erant illi, jugiter permanebat, & gloria Verbi ac sapientia replebatur. Alter intelligendus procul dubio præter eum, & subsistens proprie filius ac seorsum: non enim Verbum semetipsum sapientia replebat & gloria; sed alteri potius hæc, quæ sunt insignia, conferebat.

Adoramus purpuram propter indutum, & templum propter habitatorem; formam servi propter formam Dei; agnum propter pontificem; assumptum propter assumptum; formatum in vtero virginali propter omnium conditorem. His confessis rebus, vnam offer venerationem, non nocebit adoratio vna, si res fueris ante confellus.

X.

AGNUM PROPTER PONTIFICEM, &c.] Suspecta mihi est vox *pontificis*, imo expungenda, ejusque loco vox *pastoris* scribenda. Nam agnus & nomen, cui jungitur, perinde distinguuntur ac purpura & indutus, assumptus & assumens, formatus in vtero virginali, & omnium creator, id est, homo & Verbum. Atqui Nestorianus quisque horrebat dicere, *Verbum pontificem*, ut constat, tum ex Nestorio sermone IV. & VI. tum ex reprehensione decimi anathematismi, sive ab Andrea Samofateno, sive a Theodoro. Abhorre nemo factionis istius poterat a Verbo agnum, id est, hominem ferente, cum se adorare jactarent portatum propter portantem, &c. Adde quod questio de *Deo pontifice* non videatur mota, ante dictam a Proclo Virgini deiparæ panegyricam orationem ann. 429.

Emendatus Mercatoris textus.

Animadvertite autem, unde profecerat Nestorius, qui multa, partim ex Chrysofomo, partim ex Theodoro mutuari solet; sed ex Chrysofomo bona, quæ corrumpat; ex Theodoro mala, quæ augeat.

XI.

UNA M dicis venerationem, sed per vnam venerationem introducis blasphemiam, ut si vna sit adoratio, sit & vna substantia.

m, non tantum nam personarum, sed tebatur enim sepe e, quod olim apud nores potius, quam tinebat. Ea de causa rebar libens, cum a doceret, ut peccat quod & apud Leontium in v. synodo col- est, quod unitas nature vnam preferunt. Sicut enim quod jam non sum & nos rationabili m, quoniam nec illicet naturis dicitur numero, datum est enim sciam: hic non nocet nas: quando etiam m naturam Dei personam, nec enim dicere perfillum, aturam & perfillum ad conjunctioem ic dicimus. Vide apud Leontium, n fraude repeti- in libro 10. de Quæ- liximus, constat in 10, tum in v. dicitur allatis. prophetam voluit er ex fratribus tibus non est namque est, t, & futura ad præmon- tr. Deus igitur præbuit, us est: Vides aute pronun- Dicunt ad Vos respon- inquit Deus temporibus: unt? Nequa- t si ante sa- David, mul- est semen; a, nam mul- osterior, & a David, id autem ante matum est, ina scriptu- x libro 15. de um opus, ut quod scrip- raditionibus 10, ut coll- ionibus qui-

XII. Non invideo, inquit, Christo, cum factus est Deus: quod enim ipse factus est, ego factus sum, quia meæ naturæ est.

Verum voces a Mario relatas benignius interpretari posset quispiam hunc in modum: Non invideo Christo, quod factus est homo; quod enim factus est, factus & ego pariter, honore tanto scilicet ex ipso in me, propter communionem naturæ, redundante.

Tertius benignior.

Diversa hujus sententiæ expressio. Refert. in conc. Calc. a. d. 10.

NON INVIDEО CHRISTO, &c.] Impia hæc sententia, non eodem ubique modo legitur ac in præsentî. In concilio Tyrio, interlocutionibus Episcopis iudicibus, ita exponitur ab accusatoribus Ibas Edesseni: Non invideo Christo facto Deo, in quantum enim ipse factus est, & ego factus sum. *ὁ θεὸς τῷ θεῷ ἑωυτοῦ θείῳ ἐστὶν ἰσὺς ὡς ἡμεῖς ἀλλήλοις, καὶ τὸ ἐκείνου ἡμεῖς.* At in instructione Cleri Edesseni sic habetur: Non invideo Christo facto Deo, quoniam & ego, si volo, possum fieri, secundum ipsam. *ὁ θεὸς τῷ θεῷ ἑωυτοῦ ἰσὺς ὡς ἡμεῖς ἀλλήλοις, καὶ τὸ ἐκείνου ἡμεῖς, ἡμεῖς δὲ ἂν θέλωμεν, ἰσὺς ἐσμεν ὡς ὁ θεός.* Priore loco ascribitur Ibas Edesseno Episcopo a quatuor ejusdem Ecclesiæ presbyteris. In posteriore presbyterorum accusatio testimonio quinque & sexaginta ministrorum ejusdem Ecclesiæ diluitur. Crimen porro tam nefarium Ibas commoto, ut par erat, animo ita purgavit: *Anathema ei, qui dixit, & ei, qui calumniatus est, decies milies ego secari potior, quam dicere hoc verbum, absit hoc a me, vel cogitare, &c.*

Verumtamen tertius ille sensus, cum pietatis multum habeat, & ad voces tamen, ubi primum prolatae sunt, exhorruerit Ibas ipse cum aliis, verus esse non potest: quare oportet alterutro alio voces intellectas fuisse, utroque vero, horrendam impietatem superbiæque continent; & priore quidem Samosatenam ac Pelagianam, posteriore vero Theodorianam.

Sed improbat.

Varios ejusdem sensus.

Primus Pelagianus.

Secundus Nestorianus.

Hujusmodi vocibus non vnus tantum sensus accommodari potest, sed tam multiplex, quam multis referuntur modis. Si legantur prout sunt in instructione cleri Edesseni, non incongruus est quem attulimus, in dissertatione VII. in priorem partem, iste scilicet: Non invideo Christo, quod Deus factus sit; possum enim pariter fieri Deus si volo. Nam suis ille operibus, suisque liberi arbitrii nativis viribus promeritus est divinitatem, quæ & ego opera, ut sum ejusdem communis naturæ particeps, præstare possunt. Sed si presbyterorum accusantium intelligantur verba, perinde atque sonant, sensus iste mox occurret: Non invideo Christo, quod Deus factus sit; quantus enim factus est per assumptionem, tantus & ego factus sum per baptismum, uterque scilicet filius Dei adoptivus.

Hanc aliquando impiam vocem Ibas protulerit, incertum est: nam Patres Calchedonenses oblata Ibas crimina non satis probata fuisse edixerunt; & nihil ejusmodi objectum est Ibas in v. synodo, in qua tamen damnatus est cum sua epistola. Certum tamen reor, si quando protulerit, non id fecisse primum, quo tempore accusatores presbyteri aiebant, anno scilicet 445. nam opusculum istud Marius ante hoc tempus scripsit.

An hæc voces protulerit, incertum est.

Quare Mercatori credendum puto tribuenti, vel Theodoro Mopsuesteno, vel potius Paulo Samosateno, cujus duas antea sententias adduxerat. Id vero cur potius de Samosateno putem, causa est, quod Theodorus ob merita negaret assumptum hominem, sed singulari gratia, cum primum Virginis in vtero formaretur, id vero Samosatenus assereret: quodque Theodorus, licet re ipsa Christum-Filium Dei adoptivum doceret, contenderet tamen ea dignitate ornatum, eoque honore evehctum, quo nulla possit creatura pertingere, quantumvis nitatur.

Videntur potius tribuenda Samosateno, quam Mopsuesteno.

HODIE JESUS factus est immortalis, quando ad eum accessit Maria post resurrectionem, dicit ei: *Noli me tangere*; æstimabat enim illa ipsum Dominum esse, qui fuerat; & nesciebat, quia post resurrectionem perfectus fuerat factus.

XIII.

